

257

Ad
ACTUM SYMBU
LEUTICUM

de
PRÆROGATIVA PA

CIS
BELLICÆ

INVITATIO.

Si res hujus universi juxta se positas paulò altiùs equà
unimi lance expendimus, magna ceste, Auditoris cuncta-
rum classium Spectatissimi, argumentorum, quæ in Scholis
bonarum artium ac partium palastri, Ecclesiæ ac Reipu-
blicæ Seminariis, omni sapientiæ, virtutis ac eloquentiæ,
imprimis Religionis incorruptæ officinis, quæ in Aulis, in
Curis, in Castris, in Comitibus tractantur, discrepantia occur-
rit. Non parum, inquam, Argumentorum Tractatio, quæ
in Ludis literariis obtinet, ab illa, quæ in totidem publicis
Reipublicarum conventibus usitata est ac recepta, dif-
fert. Illic namq, præludia tantum Vitæ Civilis ac præ-
paramenta quædam, isthic verò seria et grandia Rei-
publicæ negotia veniunt expedienda. Utrobis tamen illa
potissimum miris modis argumenta, de quibus fortè dispe-
tendum, in eo conspirant: ut maximam et insignem etiam
mereantur commendationem, quæ temporibus, personis
ac locis proxime sunt accommodata. Postea quædam ergo
suis consortibus meis, quos utrinq, circumfidentes videtis,
consultatio quædam, hoc ipso restitutæ PACIS tempore,
instituta: neutiquam diu dubitarunt, quoniam de Ar-
gumento post non ita pridem celebrata Pacis Soteria
publicè sermo faciendus foret. Quin ex tanta rerum
propionendarum varietate hujusmodi præcipuè quæstio-
nem elegerunt: quæ neg à presentis ævi facta, neg
à pristina cathedra hujus Sonore, neg impetrabili totius
splendidissimi, quod nos ambit, Auditorii, gratiâ procul
abire videretur. Nimirum de Pace et Bello, quæ-
nam ex iis præferri mereatur, Consultationem instituire
decreverunt, eandem materiam, magnoperè ut præ-
sens tempus, ita ad presentem quadrare locum